

552.

Bischof Martin von Meißen bekundet, daß ein Ministerial des verstorbenen Markgrafen Otto von Meißen in dem Dorfe Dörschnitz eine Kirche gestiftet und dotirt, daß zugleich aber auch der Kastellan Volkmar von Strele, welcher von dem Markgrafen mit dem Platze, auf welchem die Kirche errichtet
5 *worden, sowie mit den dieser geschenkten Besitzungen beliehen gewesen, resignirt habe.* [Vor 1190.]

*Hdschr.: In die Renovation d. Bischofs Heinrich v. Meißen (d. d. 1233 März 14) inserirt. Or. Hauptstaatsarchiv Dresden 312.
Gedr.: Schöttgen, Gelehrter Zeitvertreib 125.*

*Anm.: Markgraf Otto wird als verstorben aufgeführt. Da derselbe 1190 Febr. 18 starb und Bischof Martin ebenfalls
in diesem Jahre, und zwar auf dem Kreuzzuge, aus dem Leben schied, so muß die Urkunde vor 1190 abgefaßt sein.
10 Das quondam Misnensis marchionis ist wohl bei der Transsumirung eingeschoben worden. Vergl. Posse, Lehre
von den Privaturk. S. 81 Anm. 1.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Martinus dei gratia Misnensis ecclesie
episcopus. Notum esse volumus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris,
quod quidam ministerialis domini Ottonis quondam Misnensis marchionis nomine Conradus
15 in honore dei et beati Petri apostoli in villa sua, que Dersniz vocatur, pro remedio anime
sue fundavit ecclesiam eamque decima de dominicali suo, quod in eadem villa habuit,
tribusque mansis ibidem adiacentibus dotavit ad laudem et gloriam salvatoris. Et hoc
quidem dominorum suorum marchionis Ottonis et, qui Strele castellanus erat, Volcmari
videlicet verbo et bene placito faciebat, quia tam fundum, quam prenominatam ecclesie
20 dotem ipse a castellano et castellanus a marchione in beneficio possidebat. Eandem quo-
que ecclesiam; ut divinum ibidem servicium plenius ac devocius ageretur, cum villa, in
qua fundata est, et cum alia villa, que Parniz proprio nomine appellatur, de consensu
9 Herhardi parrochiani et advocati Hermanni Misnensis castellani a parrochia Luben eo
iure, quo filia matricem respicere tenetur, ecclesiam decrevimus non subesse, aliamque
25 villam, que Cunradesdorf dicitur, quam propter id ipsum memoratus Conradus novellavit,
ne detrimentum parrochie pateretur, pro recompensatione duximus assignandam. Ut
igitur universa secundum formam prescriptam perpetuis temporibus maneant inconvulsa,
presens super hoc privilegium conscribi precepimus et sigilli nostri munimine roborari,
foundationem ipsam spirituali iurisdictionis nostre auctoritate firmantes, sub anathematis
30 interminatione districtius inhibentes, ne quisquam ea, que supra scripta sunt, presumat
ausu temerario violare. Huius rei testes sunt. Anselmus custos. Siffridus. Bruno Mis-
nenses canonici. Gerardus parrochianus de Luben. Hermannus de Chorin. Thiemo de
Lomatz. Conradus de Chewiz. Laici. Wolfricus. Hartwicus. Hermannus de Chotane-
wiz. Helbricus et alii quam plures. Hogerus de Zcassorve et Siffridus frater eius. Bur-
35 cardus de Blotiz.

553.

*Bertha, Wittve Gerhards von Kamburg, schenkt mit Zustimmung des Markgrafen Otto dem Kloster
Larusnitz zwei Hufen in Lozna. — Zeuge: Günther, Kaplan des Markgrafen.* [Vor 1190 Febr. 18.]

Hdschr.: Or. Perg. Regierungsarchiv Altenburg. S. an Pergamentstreifen ganz zerfallen. Phot. H. St. A.

40 *Gedr.: Mittheil. der Gesch. u. Alterthumsf. Gesellsch. des Osterlandes 8,53 (nach Avemann, Burg- und Reichsgrafen
von Kirchberg 142).*

Anm.: Die Urkunde ohne alle Daten. Markgraf Otto starb am 18. Febr. 1190.

Notum sit caritati fidelium tam futurorum quam presentium, quod domina Berhta
vidua domini Gerhardi de Kamburg pro remedio eiusdem viri sui cum filio suo ecclesie